

castus inter Deos viveret. Quis vero, inquit, affectu corporali...

Nec obstat prima difficultas deducta ex c. 29. Deuteronom. nam licet illud ad sensum mysticum referant Beda ibi, Theodoretus...

Atque hinc assertioni opponitur textus in can. 5. sexte Synodi...

bus verbis ita argumentum conficitur: En textum ubi clerici eunuchis proponuntur...

Secundo obstat supradictis D. Clemens l. 2. c. 47. in illis verbis: Nam si quidam homines, qui a suo ortu...

Tertio advertebat textus in cap. maritum, & 33. dist. in illis verbis: Justo, vel injusto timore superatus...

Quarto refragatur textus in c. qui in aliquo, 51. dist. in illis verbis: Qui semetipsum abstergerit, aut naturali defectu membrorum...

Quinto expendi potest adversus hanc conclusionem textus in c. de clerico egrotante, ubi qui mutilatus fuit per infidias...

Intelligitur textus in c. maritum, & 33. dist.

Intelligitur textus in c. maritum, & 33. dist.

Exponitur textus in c. qui in aliquo, 51. dist.

Intelligitur textus in c. de clerico egrotante.

ministrandum. Quare cum in d. c. 2. abscissi essent duo digiti cum medietate palmæ...

1. dierum canonice colloquio 3. Arellanus de juris ratione, lib. 2. cap. 4. & cum virginitas omnino desideretur ad consecrationem...

TITULUS XXI.

De bigamis non ordinandis.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Aurelian.

UT bigami, & penitentes, vel repudiatarum d mariti ad sacerdotium non ascendant.

NOTÆ.

A Aurelianensis. Can. 3. legitur etiam apud Papientem sub Burcardum l. 2. c. 33. Gratianum in c. 2. dist. 35. legitur...

b. Bigami. De quibus agam sequenti commentario. Penitentes. De quibus non est alius locus ita expressus...

COMMENTARIUM.

EX hoc canone talis depromitur conclusio: Penitentes solemniter ad Ordines admitti non possunt. Probat eam textus in c. maritum, 33. dist. c. si vero 57. c. si Presbyter, c. ex penitentibus...

can. 10. Ancyranum can. 1. 2. & 3. Cabil. in synod. epistol. Innocent. I. epist. 6. Zofimus epist. 1. c. 3. Gregorius Magnus...

Sed hæc assertio a juris ratione profertur aliena videtur, nam penitentia solemnis in Ecclesia imponebatur pro peccatis gravioribus...

Impugnatur textus in c. maritum, & 33. dist.

8 Dist. 35. in c. maritum, & 33. dist.

9 Exponitur textus in c. maritum, & 33. dist.

3 Conclusio deducitur & probatur.

cap. 54. circa tempora Honorii Papae I. dicitur: Quod aliqui penitentiam accipientes...

Qua difficultate ita soluta non obstante, vera est supra tradita assertio...

Circa locum varia observabantur pro diversitate graduum: per quatuor enim gradus...

Penitentia...

De rebus...

De gradibus...

pas ibi a sacris canonibus praescriptum jam elapsum, penitentes Ecclesiam ingrediebantur...

Quibus ita animadversis jam facile cognoscitur praesentis assertio...

Nec obstant difficultates supra expensae. Non prima deducta est...

10 Inclit...

9 Dissolv...

bat, nec in illis quatuor gradibus consistebat, sed poenas dicitur...

Primo supra traditis obstat textus in c. si vero, 50. dist. in illis verbis...

Secundo advertitur textus in c. placuit 68. 50. dist. ubi agitur de illis...

10 Inclit...

11 Exponit...

prizare, communitatem dare inferni, & altario tantummodo ministrare...

Tertio superiori assertioni adversatur textus in c. qui recedunt 7. 26. quae 6. in illis verbis: Clericus quoque desideratur...

Eadem solutione accipiendus est textus in cap. quatuor, de penit. & remiss. ubi cum agatur de Presbytero...

12 Inclit...

13 Exponit...

14 Exponit...

non quia ad eos gradus permitatur ascendere; sed quia in minoribus ministrare illi licet. Conc. Tolet. 1. con. 4. Subdiaconus...

13
Exponitur
in 15. 23. 24.

Secundo advertatur textus in cap. 1. 28. qu. 3. cujus pars extat in cap. unico 26. dist. ubi D. Hier. affirmat, cum qui duas uxores habuit, unam ante Baptismum, & aliam post...

per Baptismum peccata, non defectus tollantur, ut late probat Ant. Aug. in epist. iuris, lib. 22. tit. 24. Et hac opinione...

C A P U T VI.

a Archiepiscopo h Lundem. Apost. Sed. Legato.

Quia circa minima, & maxima frequenter humanus deficit intellectus, prudentis est querere ubi scrupulus dubitationis occurrat. Sed postulat per Sedem Apostolicam edoceri, si Presbyteri successively duas concubinas habentes, bigami censentur...

NOTÆ.

- 1 a Abfalon videlicet Lundens Praefati, qui variis legationibus Apostolice Sedis perfunctus; pluribus rebus praefata in ipsa Civitate forisque peractis; quievit in pace anno 1201. quo anno plura de eo adducta Spondeanus n. 4.
b Lundens. Ita emendanda, & restituenda est hac inscriptio ex epistolis editis a Bolanero, ubi h. 4. regest. 16. ep. 118. reperitur integra nostra epistola, quae in partem fecerat reperitur in hoc volumine in praesenti, & in cap. quia circa, de presb. de Ecclesia Lundensi egi in c. 2. de consuetudinibus.
c Simpliciter fornicationis. Ex his verbis deduci videtur, la-plum canis in Sacerdote tantum simpliciter fornicationem esse, non autem continere circumstantiam mutatae speciei, aut nonabiliter inter eam aggravantem; quod & docuerunt Cardinalis in Clemente, ad nostram, vers. 7. de heretico, Bermondus de publicis concubinis, §. alios non publicos n. 12. Julius Clares s. fornicatio, n. 18. Averduano in leg. 9. Tauri, glossa 10. n. 10. Gutierrez in praesenti, l. 2. cap. 7. n. 44. & alii, quos dabimus in cap. 4. de concub. spiritual. Sed contrarium, imo hujusmodi accessum Clerici etiam ad solatium, non esse simpliciter peccatum, sed circumstantiam continere necessario in confessione explicandam, docent omnes Summi de circumstantiis peccatorum agentes. Neque contrarium probat textus noster in verbis supra relatis; nam accessus ad concubinam dicitur simplex fornicatio, non ad excludendam malitiam, & peccati gravitatem, sed facta comparatione cum matrimonio ad inducendam bigamiam. Ut eum distinguatur hic accessus a copula maritali, appellatur simplex fornicatio. Ita hac verba accepit Suarez in 2. lib. 2. de religione, c. 6. n. 12. Sanchez l. 7. de marit. disp. 27. n. 20. & 21. Azor in 1. instit. moral. lib. 13. cap. 15. qu. 6. Accania in cap. Presbyter, 28. dist. Balbon in cap. 5. de juratando, cap. 29. Barbosa de presb. Episc. allegat. 15. n. 9.
d Urbani. De quo in cap. 1. 56. dist.
e Pictaviensis. De quo in cap. 1. de filio Presbyterorum.
f Quaevis. Hac pars epistolae reperitur in cap. ut famas §. laici, & sentent. excom. cujus textus inscriptio ex praesenti emendanda est.
g Subsequenter. Hac verba extant in cap. quia circa, de presb.

COMMENTARIUM.

EX verbis compilatis a Raymundo in praesenti omnes res petentes deducunt, habentes plures concubinas, bigamae ex eo non esse; nam cum bigamia proveniat ex defectu significationis Sacramenti, & in eis nullum demum mutuum, recte asseritur, ipsos bigamiae irregularitatem non contrahere. Nec contrarium probant textus in cap. si quis post acceptum, cap. laici, 31. dist. ubi asseritur, eum qui post uxorem concubinam habuit, ordinari non posse. Nam omnia solutio Basilii Legion. ubi de de marit. cap. 93. qui licet concubinam ibi accipit pro uxore iustae dicitur, ut aliquando in iure nostro accipitur, ut in cap. si qui non habet, cap. Christianus, 34. dist. unde cum secutum fuisset secundum matrimonium, ideo bigamum eum fieri dicendum est; tam in d. cap. si quis post acceptum, 33. dist. quam in cap. si laici, 34. dist. non affirmari eum, qui post uxorem habuit concubinam, esse bigamum; sed esse irregularem, quae irregularitas non ex defectu Sacramenti, sed potius ex delicto nascitur. Quare licet penes bigamorum puniatur, qui uxores habentes, concubinas retinent; non tamen ideo bigami censendi sunt. Quomodo etiam intelligatur textus in Concilio Gerundenf. tom. 8. si quis de laici post uxorem, aliam concubinam conditionis conjugis mulierem, in Clero nullatenus administratur. Conc. Aurel. 3. tom. 9. mathus. de Sanctissimis Episcopis, cap. 12. collat. 9. Sed huic decisio expressè advertatur textus in c. 23. dist. 1. cujus verba ita refert Rabanus Maurus lib. 4. de universis, c. 33. dist. 10. Martinus duarum post Baptismum matronarum Clericus non est ordinandus, neque is, qui unam quidem, sed concubinam, non matronam habuit; nec ille qui uxorem, & concubinam, vel meretricem. Ex quibus expressè constat eum qui habuit concubinam, aut meretricem duxit uxorem, non posse ad gradus sacres ascendere, tanquam bigamum; igitur multo magis qui plures habuit concubinas. Cui difficultati variis modis fatiscere intendit Suarez de censur. dist. 48. sect. 3. n. 7. cujus solutionibus omisiss, ex supra traditis respondendum est, in eo textu concubinam habentem ordinari non posse, aut meretricem ducentem, non quia vere bigamus sit, qui propter defectum significationis; sed propter delictum ex eo, quod concubinam habuit, perpetratum.

C A P U T ULT.

a Idem.

Nobis fuit. Es infra: Ille autem, qui in Subdiaconatus ordine constitutus, de facto tantum (quia de iure non potuit) duxit viduam in uxorem, profecto bigamus non existit; sed nec vidua potest in veritate dicimari, cum inter ipsum, & illam non fuerit vinculum maritalis contractum; cum eo tamen contra doctrinam Apostolici, tanquam marito vidua dispensare non licet, non propter Sacramenti defectum, sed adfectum intentionis cum opere subsequuto.

NOTÆ.

Idem: Textus iste non reperitur in aliqua ex collectionibus, neque in epistolis Innocentii III. Quare existimo textum hunc esse Gregorii IX. cujus decisionis ultimo loco compilantur hoc Decretalium volumine: cui autem referat compertum non est.

TITULUS XXII

De Clericis peregrinis.

CAPUT PRIMUM.

Alexander III. Genoman. a Episcopo.

Quia nos duxit fraternitas consulendos, quid agendum sit de Clericis, qui in remotis regionibus ordinati litteras eorum ostendunt, a quibus sibi proponunt manus impositas, & incertum est, utrum eorum sigilla sint, quae representant. Tua igitur consulationi significatione praesentium indulgentur, tuus esse, ut in his statuta Patrum veterum observentur, quam novum aliquid statuatur. Statutum est autem de transmarinis, ut ad minus quinque Episcoporum super ordinatione sua testimonio muniantur. Quod in aliis, qui similiter iur incogniti, creditus observandum. Ita tamen, ut in suspensione aliquo tempore habeantur, in quo videntes plenius de ipsorum actibus instruantur. Sed de inferioribus ordinibus oportuit inquiri; quia postea contingere, ut aliquibus praetermissis, saltem fecissent. His autem peractis, si digni inventi fuerint, circa eos poterit dispensari.

NOTÆ.

Episcopo. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. unico, & post Concil. Lateranen. part. 26. cap. 20. idest Guillelmo, qui Alexandri III. temporibus praerat Ecclesia Genomanensi, ut refertur Chenu, & Fratres Samarani in serie Praesulum ipsius Ecclesia. Alia etiam pars hujus Decretalis extat in cap. ad hac, de testam.